



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

§. Undecimus. Summarium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](#)

Gonfalem d. §. t. per totum. Quid autem si ipse mei Cardinalis à Rom. Curia absit.
videlicet Gonfalis de mensib. & aicernat. Episcop. gloss. 2.4. nu. 146. & 148.
(173) Absentes fuerint. Absentiae materia enucleant inter ceteros Petrus de
Monet tract. de distribut. quorid. par. 2. quest. 5. Fel cap. quoniam frequenter ut li-
te non contest. Alciat. l. Mulieris §. abest ff de verb. sig. Satis sit hinc meo instituto
annotatione ab arbitrio judicis pendere que si dicenda brevis longa aut diuturna ab-
senta. Menoch. de arbit. iud. cas. 62. num. 2. u. & quæ centenda sit absentia justa lau-
dabilis vel injusta & illaudabilis. Odd. tract. de rest. in integ. quest. 5. art. 6. nu. 41. Monte-
tul. q. 5. n. 16.

(174) Ceteris vero etiam familiaritatibus literas habentibus quo minus coactioni dis-
agasanorum & ordinariorum subiaceant familiaritatibus huiusmodi privilegium nullaten-
tus suffragetur. Pontifex concludit hunc paragaphum statuens neminem posse pri-
vilegio exemptionis in vim familiaritatis Cardinalium gaudere nisi accendentibus
prærequisitis, ne quidem si Cardinalitas habeat attestaciones familiaritatis. Franc. II
cap. fin. num. 8. & fin. de verb. signif. in 6. Cardinales enim exemptionem ab ordi-
nariis nemini possunt concedere, uti alias notavi. l. 1 de iurisd. in Exempt. quest. 3. num.
13. ergo nec etiam a rectorialibus familiaritatis dare quibus exemplo concedatur, ne
per indirectum eis permittatur quod per directum prohibetur. cap. Can quid de Reg.
in 6. l. oratio ff de sponsalibus. nec etiam possunt haec exemptiones trahi de cau-
tero ad casum fictum quod fieret si fucu & quæsito colore qualis qualis familiari-
tatis exemptionis privilegium quod Cardinales concederent non possunt. d. lib. 1. quest.
2. n. 13. & q. 24. concedi posset.

§. VNDECIMVS.

SUMMARIUM.

- 1. Quid competit visitatio.
- 2. An hac constitutio comprehendat omnes moniales.
- 3. Quid si collegium sit mixtum.
- 4. Quid si cœnobium alteri subst.
- 5. Quid de canoniciatibus secularibus.
- 6. Quid si exemptæ sint à visitatione & an-
sint tales.

(175) ET cum eisdem dioecesanis ut monasteria monialium Sc.
di Apostolicæ immediate subjecta in eorum dioecesis
consistentia semel in anno visitare possint per constitutionem
in Concilio Viennensi editam quæ incipit Attendentes plena suc-
rit M. 2

92 In Confit. Concil. Later Exempt à Iuris d. Ordin. moderant.
rit data facultas, illam in novamus ac exemptionibus, & privilegiis
quibuscumque non obstantibus, districte servari præcipimus, &
mandamus. Per permisso quoque eisdem diœcesanis, & ordinariis
casibus quibus in exemptos à jure, jurisdictione concessa est nullate
nus præjudicium generetur.

S C H O L I A.

(175) **E**T cum eisdem. Renovat hic Pontifex constitutionem Clem. V. te-
daetam in volumine Clementinarum sub titulo de statu Monacho-
rum incipientem attendentes hujuscem tenoris. Attendentes quod
12 ubi gubernaculum disciplinae condemnatur, restat, ut religio naufragetur, pro-
pendendum censuimus esse præcipue, ne per contemptum hujusmodi in his, quæ
Christi voto celebri desponderent, quicquam reperiatur incongruum, quod i
regularis ponat honestatis gloriæ maculam, & divinam possit merito offendere
maiestatem. Hoc igitur facio approbante concilio duximus statuendum, usi-
gula monialium monasteria per ordinarios exempta, videlicet quæ ita Sedi Apo-
stolice quod nulli alii subjecta, non cunctur Apostolica non exempta, vero ordi-
naria authoritate ac exempta alia per alios quibus subfunt, annis singulis debent
visitari. Usitatores autem hujusmodi sollicitudinis studium diligenter impen-
dant, ut moniales ipsæ quarum nonnullas dolentes audivimus, in subscriptis ex-
cedere pannis, etricis variorum foderaturis, scandalitatis comatis, & cornutis cimili-
bus scacatis, & virgatis caputoliis non utantur, non choreas, non festa secula-
rium prosequantur non die nocte vel per vicos, vel plateas incedant, aut volu-
tuosam alias vitam ducent, easque solerter retrahant ab insolentijs quibus
libet, & mundi hujus illecebris, acciducunt eisdem ad impendendum in mo-
nastris suis devotum, & debitum virtutum domino famulatum. Ad quæ om-
nia observanda moniales eisdem (non obstantibus exemptionibus, & privilegiis
quibuscumque, quibus tamen quo ad alia nolimus præjudicium generari) per illos
de quibus supradictum est compelli iubemus remedium oportuni, statuimus
insuper ut quavis ad regimen Abbatiarum assumptæ in monasteriis, in quibus
Abbatissæ sunt solitæ benedicti, infra annum à suæ confirmationis tempore com-
putandum munus benedictionis suscipiant, atioquin à iure suo (nisi sub sit causa
rationabilis) prorsus se noverint cecidisse, per illos ad quos id pertinet provisio-
ne de Abbatissis, monasteriis ipsi facienda. Illas quoque mulieres, quæ vulgo di-
cuntur canonicae seculares, & ut seculares canonici vitam ducent non renun-
tias-
tes

tes proprio, nec professionem aliquam facientes per locorum ordinarios si exempti non fuerint sua, si vero exemptæ fuerint, auctoritate Apostolica præcipimus visitari. Per hoc tamen non intendentes earum status regulam, seu ordinem approbare. Ipsos autem visitatores notaris duobus, & personis duabus sua Ecclesiæ, quatuorque viris alijs honestis utique, & macris præcipimus in ea quam visitando facient inquisitione fore contentos. Si vero visitatores ipsos in præmissis impecunia presumplerint, seu aliquo præmissorum (nisi moniti resipiscant) ipso facto excommunicationis sententiam se noverint incursum, privilegijs, statutis, & confiniis quibuslibet in contrarium minime valuturis.

Cuius quidem Clementinæ, ac hujus etiam constitutionis enucleandæ gratia non abs te erit si paucis quibusdam quæstionibus quæ proponi possent laconicè (quod si) respondemus.

QUÆSTIO PRIMA.

Cui hoc in casu visitatio competit an Diœcesano vel ordinario.

Ut respondeam prænotanda est distinctio quam alibi præmisit, lib. I. de iurisdictione in exempt. quæst. 1. inter Diœcesanum & ordinarium. Diœcesani significatio ne intelligimus Episcopum, ejusve vices gerentem at vero ordinarij: alium quemvis jurisdictionem ordinariam, seu quasi habentem canone præscriptione, vel privilegio etiam diœcesano sit inferior. d. quest. 1. num. 6. & seqq. Quo præmisso Respondeo visitationem competere Diœcesano, non vero alteri cuiquam ordinario inferiori. Laudensis in d. Clem. attentes ubi & Steph. cap. de persona II. quæst. 1. cap. unico § penult. & ult. de statu Monach. Clem. si una § adhac de Reb. Eccl. non aliena, cap. sicut unire de excess. prælat. Est enim iuridictio diœcesani favorabilis, & per totam eus diœcesim extendenda. cap. cum Episcopus de officio ord. in 6 scripti lib. I. de iurisdictione ord. in exempt. quæst. 4. nisi tamen quispiam alius sibi jus ejusmodi præscripserit. Clem. d. attentes ubi gloss. & D. & ita contra Cardinalem in d. Clem. attentes. concludit Laudensis, & Stephanus. Nec etiam id alienum à sensu hujus constitutionis & mente pontificis qui hic diœcesanorum, non vero ordinariorum facit mentionem. Vers. & cum eiusdem diœcesanis.

SECUNDA QUÆSTIO.

An hac Constitutio generaliter intelligenda sit de omnibus monasterijs monialium.

Minime sed tantum de ijs quæ sunt immediate summo Pontifici subjecta, gloss. & Card. d. Clem. attentes. Si enim habeant superiorem aliquem ordinis ei

M 3

94 In Conſit. Concil. Later. Exempt à Iurifd. Ordin. moderant.
et & non diocesano visitatio debent competere, glosſ. d. Clem attendentis.

TERTIA QUÆSTIO.

Quid si collegium sit mixtum, scilicet compositum ex utroque sexu.
3 Cardinalis, Clem. attendentis, hanc adfert quæſtūculam refertūque & ita est
Beatum Gregorium in ca. diffinimus, & c. in nullo 18. quæſt. 2. ejusmodi duplicita col-
legia improbare quod multis sint scandalū atque offendicula d. cap. diffinimus.
Si tamen sicut ut sunt in Thoren, diocesis Leodiensis, Nivelle, diocesis Namur-
censis & multis in Germania partibus incidenter queritur an ejusmodi mixta seu
duplicita collegia vitorum aut mulierum, sint dicenda vicorum vel mulierum pro-
cujus quæſtūonis resolutione recurendum est ad teoriam quam Doctores tra-
dunt in l. cum queritur ff de ſtatū hom. in enim mixto considerandam qualitatem
quaꝝ præpoller viderique poterit Cardinalis, ubi ſupr. num. 5. qui id (e) dicit ex-
minante alio in loco. in cap. ex litteris de conſit. in cap. dilectu de exceſib. prelat. Pa-
tergos enim id à me proponitur, itaque ut ad prioris quæſtūonis ſolutionem re-
vertar diocesanus visitabat moniales ſive canonicas non vero monachos au-
tonicos. Quippe quod diversitas lexuum diverſitatem juris inducat, Card. L
vnum. 5. nec sit abſurdum ut quodpiam collegium diverſo rite per diocēſio eam
iure censeatur. Item qui ad ebi DD. ff. de uſu cap. Nayar, cap. novit. no. 6. num. 24.
de iudic. Rocheſ. de Curte de conſuet. num. 203. at vero si collegia ſint ejusdem ordinis
utriusque ſexus (ed separatis collegijs habitationibusque diſtincta res eſt extra aleam
nihilque obſtabit quominus monialium collegia diocesanaa possit viſitare. Card. d.
num. 5. in fin.

QUARTA QUÆSTIO.

Quid si cœnobium alteri ſubſi qui viſitare non poſit ut eſſe poſteſt. Abbatiffa aut
Prioriſſa qua oblaſuram eiufmodi munere fungi non poſteſt.

4 Respondendum cum Cardinali & glosſa in d. Clem. attendentis, quod ejusmodi
vices alteri ſubdelegare poterit quod plenius probat Ioannes Franciſci Pavinius Ro-
tae auditor, de viſitationib. per quæſt. 2. num. 43.

QUINTA QUÆSTIO

An autem plures eodem anno iterari poterit hac viſitatio.
Videtur quod non. Quia conſtituio præceptib. formam quotannis viſitandi
ſemel. Veruntamen gloſographus cum Cardinale cenſuerunt pro re nata & oī-
caſionib. emergentib. poſſe ſapius iterari. cap. mandamus de offic. archid. cap.
cum venerabilis de censibus. Henr. Bottem Tract. de Sinodo Episcop. Que enim de
novo

novo emergunt novo opus habent auxilio l. de aitate § ex causa ff de interrogat. C.
ditionibus. Casr. l. s. ex toto num. 5. de leg. 1.

SEXTA QUÆSTIO.

An autem hac constitutio comprahendat canonicas seculares.
Multas ante dixi mulieres canonicas seculares esse quæ mixto cum viris colle-
giis arietiam separato vitam Ecclesiasticam profertur. Quod ex si exemptæ
non sunt ordinaria autoritate visitari. Si vero exemptæ sunt autoritate delegata
ab ordinario visitari possunt expressa est Clementis constitutio. d. Clement. at-
tendentes §. illas quoque mulieres. Idque sive separatum habeant collegium sive
mixtum cum virili sexu. Card. d. num. 5. Canones enim non favent mixtis seu du-
plicibus ejusmodi collegijs. Card. d. §. illas quoque, arque ideo diversitas hæc
sexum diversitatem etiam iuris indicat. DD. d. l. cum queritur Card. d. num. 5. idque
ali speciali privilegio aliter sit dispositum ad quod semper est collineandum.

SEPTIMA QUÆSTIO.

An hac visitatio posse impediri praetextu aliquius privilegij.
Pontifex huic constitutioni inferuit clausulam, non obstantibus de qua plusculum
alibi scriptum, de iurisdictione ord. in exempt. lib. 3. question. 9. Proinde vigebit hæc con-
stitutio quādū non fuerit ei efficaciter derogatum.

OCTAVA QUÆSTIO.

An & quales ordines monialium censeri debeant exempta à iuris-
dictione ordinaria.

Respondeo questionem esse facti, de facto autem iurisconsultus non respon-
det. l. cum quem §. 1. ff. de iudicio. Interim certum est paucos esse ordines monialium
que exemptionibus particularibus non gaudent aut principaliter aut per partici-
pationem de qua alio in loco scripti lib. 1. quest. 17. num. 17. & seqq. Emanuel. Rode-
riq. quest. Reg. tom. 2. quest. 63. art. 5. Itaque dijudicatio hæc penderet à tenore privile-
giorum, cap. porro de privilegijs.

(176) Per præmissa. Pontifex tollit omnem ambiguitatem cum enim de-
scriptis hic casibus de ordinariis jurisdictionem in exemptos dubitari à quibus-
dam potuisse num ei alijs casibus hac constitutione comprehensis jurisdictione
ne eis abstuleret. Hos enim casus ordinariis concedens alios exclusisse qui-
buldam videri potuisse. l. si cum dotem in prin. ip. ff. solut. matrimon. juxta
l. presumpt. 90. numer. 8. Itaque ut omanem disceptandi, ansam tollat decla-
rat.

In Conf. Conc. Later. Exempt. à Jurisd. Ord. Moderant.
rat nolle iurisdictionem ordinariorum in exemptos impeditre alij quibusdam in
casibus de jure eis competentibus, de quibus ego signauim alio in loco de iuris
ord. in exempt. libr. 2. queſt. 45.

§. DVODECIMVS.

SUMMARIUM.

I. Pontifex potest huic constitutioni derogare.

(177) **E**xemptiones autem de cætero absque rationabili causa,
& quorum interest minime citatis pro tempore concel-
fas nullius roboris, & momenti esse decernimus

S C H O L I A.

(177) **E**xemptiones autem. De hujus constitutionis clausula, breviter scripsimus
in dicto nostro tractatu, ut non sit necesse eadem hic cœdiō a superflui-
tate repetere lib. 1. queſt. 12. Solet tamen ut & potest Pontifex ordinaris non ci-
tatis exemptiones concedere, uti testatur Emanuel Roderiques Tract. de Regulari-
bus. Nec mirum quia Exemptionibus adjicit prægnantes illas clausulas non ob-
stantiarum de quibus ego inferius.

§. DECIMVS TERTIVS.

SUMMARIUM.

1. Reipublice interest cito lites finiri.
2. Causa ethimologia.
3. In causis beneficiorum reservatorum or-
dinarius non est index.
4. Fructus redditus preventus obventiones
quid sint.
5. Exempti non possunt in prima instantia
evocari.
6. Bulla explicatoria Conc. Trid. quo ad
primam instantiam.
7. Beneficiale causa qua dicatur & ad
quem in ea appellatur.
8. Ab interloquitorij non licet appelle-
re.
9. Bulla de non appellando ab interloqu-
torij nec ubi agitur de Mornu corre-
ctione